



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Dubium VII. Quæ obligatio Præceptorum & Discipulorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

Hinc
Mislam
nistrare
dhibere
iciatur;
Est
isperda;
debem;
implum
pecora
rumque
sum
tenetut
xemplu
Act. 10
id mind
public
partim
idalum,
a agere
n etiam
acere &
ionibus
quod
tationes
Parochis
lus est:
ocherum
m cura
bonitate
itu uti
negotia
e autem
s habeat
&

& quædam annotet, videri potest Léurenus
p. I. q. 432.

D U B I U M VII.

Quæ obligatio Praeceptorum & Discipulorum.

REſp. Inter Praeceptores (idem est de Pæda-⁷⁶⁸ gogis) & Discipulos est, quodammodo eadem obligatio, quæ inter Parentes & liberos. *Unde resolves:*

I. Discipuli peccant, 1. Si Praeceptoribus & Pædagogis non exhibeant honorem & reverenciam. 2. Si non obedient in rebus pertinentibus ad studia & bonos mores. 3. Si eos convitatis, vel contumeliosis verbis traducant. 4. Si negligenter studeant, scholarum aut studiorum tempore lusui vacent, vel otio. 5. Si pecunias Parentum dilapident vel inutiliter expendant. 6. Si malo fine studeant. 7. Si Gymnasii sui Leges, vel Academiæ Statuta (si quidem ea ad peccatum obligent) non servent. 8. Si scientias superstitiones aut veritas addiscant, vel libros prohibitos legant. 9. Si stipendium debitum Doctori suo non solvant, cum possint, v. Navar. c. 23. & 25. *Fill. Tract. 28.* P. 2. c. 10. Q. 1.

II. Magistri & Pædagogi peccant, 1. Si peccata Discipulorum dissimulent, & non corrigant, quando possunt. 2. Si profectum eorum in literis non sedulò promoteant. 3. Si non doceant bonos mores. 4. Si ex proposito falsa doceant ut vera, vel superstitione & saluti noxia. 5. Si non studeant ipſi, ut officio satisfaciant.

6.52

6. Si stipendium exigant majus justo, vel quam
 Gymnasi Leges , aut consuetudo permittat.
 7. Si Doctoratus insignia negent dignis , vel
 indignis conferant ; quod Nav. dicit esse mortale;
 præsertim in Theologia, Jure Canonico, Civili,
 & Medicina : nam in Philosophia fortè veniale
 tantum esse censet Cajet. v. Doctoratus. 8. Si Disci-
 pulis malo sint exemplo. 9. Si malis moribus
 imbutos, & qui aliis perniciosi sunt, ad scholas
 admittant, vel ex iis non dimittant, v. Trull. L. 4.
 c. I. D. II. num. 2.

TRACTATUS IV.

De quinto & sexto Præcepto.

CAPUT I.

Quid quinto Præcepto prohibeatur,

Non occides.

769 **D**Prohibetur hominis occisio, mutilatio, verberatio, aliaque similis afflictio injusta ; de qua
 queritur, quæ & quando sit injusta.

DUBIUM I.

*An aliquando liceat occidere vel
 mutilare se ipsum.*

REsp. Absque divina authoritate non licet
 se ipsum directè & ex intentione occidere.
 Ratio, quia est contra charitatem sui ; &
 fit injuria Reipublicæ & Deo , qui est solus
 directus & absolutus Dominus humanæ vitz.
 Dixi